



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agrippinae, 1684**

1. Exempti, quâ solemnitate possint res suas altenare.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

PARS QUARTA.

Quæ est miscellaneorum.

QVÆSTIO I.

Exempti qua solemnitate possint res suas alienare.

SUMMARIUM.

- |                                                                                                    |                                                                                                    |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Solemnitates in alienatione rerum Ecclesiasticarum requiruntur in alienatione rerum exemptarum. | bet iura quasi Episcopalia.                                                                        |
| 2. 6. In exemptis requiritur auctoritas summi Pontificis.                                          | 7. Quando duo in iure parificantur dispositum in uno censetur dispositum in alio.                  |
| 3. Exempti iurant se non alienaturos sine auctoritate Pontificis.                                  | 8. 10. Fallit conclusio si exempti haberent superiorem remotum                                     |
| 4. In exemptis immediate Pontifici non subiectis non requiritur Papa auctoritas.                   | 9. Item in casu necessitatis, vel si sit periculum in mora.                                        |
| 5. Quia illorum immediatus superior habet iura quasi Episcopalia.                                  | 11. Præterea si superior absit.                                                                    |
|                                                                                                    | 14. Ratificatio sequi debet alienationem qua ratione necessitatis facta est quibus solemnitatibus. |

**N**EMINI non sunt nota solemnitates quæ interueniant oportet in alienatione rerum Ecclesiasticarum, quas DD. quibusdã in locis studiosissime persequuntur in cap. sine exceptione 12. qu. 2. tot. tit. de reb. Eccles. alien. vel non, & ibidem Franc. in cap. dudum eod. in 6. ubi latet DD. Auth. hoc ius porrectum C. de sacros. Ecclesis. An autem hac in exemptionum materia aliquid singulariter statutum sit quæstionis esse posset quam aliquot conclusionibus expeditio.

Prima conclusio, quæcunque in alienatione rerum Ecclesiasticarum statuta sunt eadem etiam in exemptionibus Canonicis obtinent nisi aliter contra depositum inueniatur Franc. latet. cap. dudum per tot. Fumus verb. alienatio per tot.

Secunda, in exemptis qui immediate summi pontifici sunt subiecti præter solemnitates & legitimam alienandi causam requiritur decretum licentia seu immediata auctoritas summi pontificis doct. Castrensis Auth. hoc ius porrectum num 3. & 4. C. de



- C. de sacros. Ecclesiis Navarrus conf. 5. tit. de rebus Eccles. non alienand. Clem. 1. ubi Cardinalis & DD. item glo. in verbo proprii de Reb. Eccles. non alien. Idque intelligendum est in alienatione rerum laicarum secus vero in autoritate praestanda subditis Redoanus de alienat. ver. Eccles. qu. 41. n. 171.
- 3 Ratio est, tum quia eiusmodi exempti iurant se nihil alienaturos sine autoritate Summi Pontificis Hostien. cap. cum tempore de arbitrio. Martin. Landens. tract. de privilegio & rescript. quest. 92. per cap. ego de iure iur. Castrens. d. n. 4. tum quia non habent immediatum aliquem superiorem praeter Papam cui subiciantur a quo proinde autoritatem postulare debent ut & caetera omnia quae iurisdictionis est supra varijs in locis recensuimus Franc. d. cap. dudum num. 33. post med. de rebus Eccles. non alien. in 6.
- 4 Tertia conclusio, exempti a iurisdictione ordinarij non tamen immediate subiecti summo Pontifici seu alteri cuidam Praelato habenti iura quasi Episcopalia, non opus habent in alienatione licentia Summi Pontificis, sed satis est si interveniat licentia illius Praelati cui immediate subiciuntur Castrens. d. n. 3. & 4. Navar. d. consilio 5. Card. d. Clem. 3. 1. & ibid. glo. notabilis in verb. proprii Ang. in summa verb. alienatio n. 13. Bur. cons. 19 Guimer. tit. de annatis glo. verb. locorum in pragmat. Innoc. c. statutum de transact. Barbatia cons. 40. n. 4. vol. 1.
- 5 Ratio est, quia eiusmodi Praelati habent iurisdictionem quasi Episcopalem in eiusmodi exemptos seu suos subditos, ita quod ea omnia quae ad iurisdictionem spectant exercere possint in exemptos quae Episcopi in suos, Navarrus conf. 23. de privilegio. glo. in d. verb. proprii Hieronymus a Sorbo Capucinus in annotat. ad Alphonsum a Casarubios in compend. privileg. minorum verb. Praelati Redoanus tract. de alienatione rerum Ecclesiasticarum quest. 27. n. 7. & seqq. Bertachinus tract. de Episcopo quest. 41. n. 64. & 75. lib. 4. par. 4. n. 105. vol. tract. 2. fol. 178. Fumus in aurea armilla verb. alienatio n. 14. Innocent. cap. statum de transact.
- 6 Unde quemadmodum in alienatione requiritur consensus seu autoritas Episcopi Franc. d. cap. dudum late Bertachin. d. par. 4. quest. 34. n. 104. Ita similiter quoad exemptos Praelati cui immediate subiciuntur Fumus d. n. 14. Castrens. d. n. 3. & 4. Bertachin. d. quest. 34. n. 105. Redoanus ubi supra quando enim in iure duo participantur dispositum in uno censetur etiam dispositum in altero glo. c. si postquam de elect. in 6. Troitus Maluetius tract. de oblatione magis factis par. 4. n. 4. vol. tract. 15.
- 8 Limitanda autem est conclusio, nisi exempti habeant Papam vel superiores suos in remotissimis partibus constitutos, tum enim (ut inquit Abbas) procedat alienatio si urgeat praesens aliqua utilitas aut necessitas quae dilationem aut tantam moram non patiatur Petk. de test. coniugum lib. 3. cap. 2. num. 2. Abb. cap. tua nos num. 8. vers. & hoc noto quia de immunit. Ecclesiar. Archid. cap. Abbatibus 1. quest. 2. fuisse Redoanus tract. de rebus Eccles. non alienand. quest. 51. per. tot. & qu. 19. n. 43. 50. & seqq.

Idem



Idem si nesciatur ubi superior sit & periculum sit in mora Redoan. ibid. q. 30. n. 1. <sup>10</sup>  
 vide infra eod. lib. qu. 50 & 51. Quod enim iure communi non est licitum, necessitas  
 facit licitum, alias propter necessitatem plurima conceduntur quæ alioqui iuri  
 communi advertantur cap. quod non est de reg. iur. latissime Menoch. de arbit. iud. casu  
 122. Felin. repert. verb. necessitas late Petr. Gerardi sing. 100. Unde ex proverbio dicitur  
 necessitas non habet ferias, a Scevola, qui interrogatus quid ferijs agi oportere  
 ret loquitur respondit, quod noceret præter missam, Oldendor. in leges 12. tabularum tit. 1.  
 cap. 4. n. 3. idque etiam maxime ratione absentia cuius causa plurima etiam quæ iure  
 communi exorbitant conceduntur, cap. nullus 17. quæst. 4. cap. nihil de elect. cap. fin. de  
 sequit. in 6. l. si longius ff. de iudic. glo. in verb. distantia cap. cum ex literis ubi Abb. de ressit.  
 in integr. lo. de Lignano Clement. ne in agro de statu regul. Abb. d. cap. tua nos n. 8. in fin.  
 n. 10. & seq. per glo. ca. placuit 12. quæst. 2. l. divus ff. de pet. hered. l. tutor qui repertorium  
 §. i. ff. de administrat. Archid. & DD. d. cap. Abbatibus Cardinal. Clem. 1. de reb. Eccles. non  
 alien. tex. cap. fin. de Eccles. edific. qui videri poterit. Io. Francisca de Pavina tract. de po-  
 rest. capit. sede vacante par. 2. q. 9. n. 5. vol. tract. 15. fol. 184.

Licet sint qui existunt ad validitatem alienationis, quod Episcopus capitulo ius  
 vel conventui immediate Papæ non subiecto, sed cuidam alteri Prælato qui absit  
 vel requiri non possit debeat dare legitimum defenorem, qui nomine Prælati ab-  
 sentis autoriseret, alioquin enim quod revertus factam alienationem irritare posset  
 Pileus q. 106. Pavina d. n. 5. Io. Andr. ad Spec. in rubr. ne Sede vacante Redoan. d. qu. 30.  
 num. 2.

Limitatur secundo ut sufficiat auctoritas superioris qui communi æstimatione  
 superior habetur licet revera non sit idque ut omnis dolus & fraus propellatur cap.  
 consuetudinibus de iure patr. argu. l. Barborius ff. de offic. Prætoris.

Porro, quæ hætenus dicta sunt de omissione solemnitatis ratione urgentis ne-  
 cessitatis, restringenda sunt, si post alienationem sequatur necessitas & ratificatio  
 superioris ea enim hoc casu ut alienationem sequatur necesse est Bald. cap. 1. nu. 13.  
 in fin. de his qui feudum dare poss. l. pom. scribit ubi Las. col. 8. vers. tertio limita  
 ff. de negot. gestis Redoanus de rebus Eccles. non alien. quæst. 19.  
 n. 128. & quæst. 51. cap. 22. n. 9.

\* \*  
 \*

